



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Praxis Meditationum S.P. Ignatii Loyolae**

**Diertins, Joseph**

**Solisbaci, 1708**

Med. 16. Gen. 2. De rebellione carnis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60232](#)

VOL. Optemus, & imploremus fructus illos  
Spiritus Sancti, qui sunt *continentia*, & *castitas*;  
per hos enim benè observabuntur ultima duo  
Mandata.

COLLOQ. Ad Christum crucifixum, petendo  
gratiam deinceps benè observandi omnia Manda-  
ta, & ad id postulando dona & fructus Spiritus  
Sancti, excitando contritionem de peccatis ante-  
actis. RECOL.

## MEDITATIO XVI. G. II.

### *De rebellione carnis.*

CONG. Quomodo quis in medio hostium posi-  
tus *cum metu*, & tremore soleat saluti invi-  
gilare.

PRÆL. I. Considerare nos in medio quatuor  
hostium positos, scilicet *carnis*, *sensuum*, *amoris*-  
*que proprii*. & *mundani*.

PRÆL. II. Petere gratiam expugnandi rebel-  
lionem illorum hostium.

PUNCTUM I. MEM. Ob oculos ponamus, multi-  
tudinem & gravitatem peccatorum, quæ  
tum cogitatione, tum verbo, tum opere  
fiant, & oriuntur ex carnis rebellione.

PUNCTUM II. INTEL. Ratiocinemur merito i.  
Joan 2. primo loco in descriptione mundi sic  
positum fuisse: *concupiscentia carnis*: & à S.  
P. Nostro in Contemp. Regni Christi, inter qua-  
tuor

tuor hostes primo loco nominatam *carnis* rebellionem,

**P**UNCTUM III. INTEL. Consideremus singulas, ut vocant, *Luxuria&filias*: quæ sunt hæc. in intellectu. 1. cœcitas mentis, quæ de Cœlestibus non cogitat. 2. Præcipitatio, quæ agit sine consilio. 3. Inconstantia, quæ voluptatis causâ à propositis bonis deficit. in voluntate: 1. amor sui, qui seipsum statuit finem suarum actionum. 2. Odium Dei. Nam lascivus à Deo abhorret. 3. Affectus præsentis sœculi. 4. Horror futuri sœculi.

**P**UNCTUM IV. INTEL. Concludamus quanto Ju-  
re in scripturis, tam graviter prohibeatur  
hoc peccatum. Rom. 13. *carnis curam ne fe-  
ceritis in desideriis.* 1. Thess. 4. *Abstineatis vos a  
fornicatione.* 1. Pet. 2. *Charissimi obsecro vos,  
tamquam advenas & peregrinos abstinere vos a  
carnalibus desideriis.* Et pluribus aliis locis.

**P**UNCTUM V. VOL. Horreamus tam fœdum &  
perniciosum hostem. Doleamus, si quæ fuerit  
ante ignavia; & verâ contritione eam elua-  
mus. Animos comparemus ad rebellionem illam  
cum Dei gratiâ penitus expugnandam.

COLLOQ. Admiremur Dei patientiam, quæ tot scelera sustinet; extollamus ejus misericordiam, quod iterum diluvio, vel aliter non perimat peccatores. Possimus enim de multis dice-  
re etiam nunc: *omnis quippe caro corruperat  
viam suam.* Gen. 6. Petamus gratiam, rebellio-  
nem illam expugnandi. RECOL. REPETIT.

MEDI-